

*S V M M A*  
**CONCILIO-**  
**RVM ET PONTI**  
**FICVM A' PETRO VSQVB**  
*ad Pium quartum, collecta per F. Barth.*  
*Carrauzam Mirandam. ordinis*  
*predicatorum.*

*num. 92. cap. 4. num. 42.*  
Adiecta sunt etiam acta & canones gene-  
ralis Concilij TRIDENTINI, quæ  
antea non habebantur.

*Cum indice novo copiosissimo.*



43

43

*L V G D V N I,*

Apud haeredes Iacobi Junctæ.

*1564.*

*In acompta suffit usqal-*

**A D M O D Y M I L L V S T R I E T**  
Præclaro Domino Diego Hurtado Mendoza,  
apud Remp<sup>t</sup> Venerorum oratori, & in  
sacrosanctæ synodo Tridentina Cœ*rat* q  
sare & maiestatis vicegerenti, F.B. anno  
Bartholomæus Carranza  
**Mirandæ Instituti**  
S. Dominici.  
**S. D.**

V M mecum hisce diebus vo-  
luerem Diege magnum & no-  
bilitatis & studiorū decus, &  
nostre laus Hispaniæ, quid mi-  
hi potissimum agendū foret  
dum Deus Opt. Max. viam aliquam osten-  
dit concilio futuro, siquando, nunc admo-  
diū necessario, in tantis ecclesiæ procellis,  
& vitæ malis, subiit animum relegere ma-  
iorum nostrorum acta in cōciliis antiquio-  
ribus. Et pūduit me, vt ingenue fatear, no-  
strorum mortui, expuere libuit in sinum,  
subinde repetens, En à quāto culmine de-  
cidimus, en segnitiē, & oscitantiā nostram,  
en gentē à Christo & redemptam, & factā  
rerū dominā. Vbi ille charitatis ardor? Vbi  
animus τῶν χρημάτων πρήτων? Vbi dolorum  
& mortis contemptus dum gregem tradi-  
tum custodirent? Deniq; nihil serè cōuenit

F R A T E R P E T R V S S O T O -  
maior ad scholaſticos Theologicæ  
facultatis sancti Gregorij  
in valle Oletana.

\* \* \*



ON ambigo patres optimi, & li-  
teris, & morū probitate insignes  
quā probe noueritis omnes nostris  
patrem Bartholomaeū Mirandē.  
meum iam olim, simul ac vestrū  
præceptorem, cuius quidē vel animi erga vos pro-  
pensissimam benevolētiā, vel in quotidianis fa-  
crae theologiae prælectionibus (dum studet maxi-  
mè vobis esse usui) improbam solicitudinē, vel in  
vestrae religionis augmētum flagrantissimā cha-  
ritatē, omnibus vobis multis magnisq; argumē-  
tis esse perspectam hanc me clam est. Sed nūc hoc  
ipsum nouo quodā officij genere neutiquā vul-  
gari pernoscite. Cum enim animaduerteret ve-  
ſtræ utilitatis studiosissimus maximam cōmodi-  
tatem & accessionem vestrī studiis adieclam iri,  
ſi lectioni assidue diuī Thomæ lectio ſimul cōciliorū  
rum eſſet adiuncta, quibus rebus integrum atque  
absolutum theologū aſtimare par est, nam utrū-  
que per ſe indigēs, alterum alterius auxilio eget.  
curauit diligētissime omniū conciliorū, quæ hac-  
tenus apud nos extant, vastum & immensum,  
opus decreta, in ſummam quandam cogere, vt ſic

DECRETVM PRIMAE SES-  
SIONIS TRIDÉTINÆ PRONÚCIATŪ PER REUERÉDŪ  
DOMINŪ EPISCOPŪ CASTRIMARIS HISPANŪ,  
DIE 7. MEN IANUARIJ ANNO DOMINI 1545.

*Modus vixendi in loco concilij.*

**S**ACRO SANCTA TRIDENTINA SYNODUS IN SPI-  
RITU SANCTO LEGITIMÈ CONGREGATA, IN EA  
PRÆSIDENTIBUS TRIBUS APOSTOLICÆ SEDIS LEGA-  
TIS, AGNOSCÉS CŪ BEATO IACOBO APOSTOLO QU  
OMNE DATUM OPTIMUM & OMNE DONŪ PER-  
FECTUM DEFURSUM EST, DESCENDENS A PATERE LU-  
MINUM, QUI IIS QUI POSTULANT A SE SAPIENTIĀ,  
DAT OMNIBUS AFFUENTER, & NON IMPROPERA-  
EIS: & SIMUL SCIENS QUÒD INITIŪ SAPIENTIÆ EST  
TUMOR DOMINI: STATUIT & DECREVIT OMNES *Eccle. J.*  
& SINGULOS CHRISTIFIDELES IN CIUITATE TRIDEN-  
TINA CÔGREGATOS, EXHORTADOS EFLĒ, PROUT EX-  
HORTATUR, VT SE A MALIS & PECCATIS HACTENUS  
CÔMISSIIS EMENDARE, AC DECÄTERO IN TIMORE  
DOMINI ABULARE, & DESIDERIA CARNIS NO PER-  
FICERE, ORATIOIBUS INSTARE, SAPPIUS CÔFITERI, EU-  
CHARISTIÆ SACRAMENTUM SUMERE, ECCLESIAS FRE-  
QUÊTARE, PRÆCEPTA DENIQUE DIVINA QUANTUM  
QUISQUE POTESIT ADIMPLERE, NECNO QUOTIDIE  
PRO PACE PRINCIPÙ CHRISTIANORÙ, & VNITATE  
ECCLESIAE PRIVATIM ORARE VELINT. EPISCODOS VE-  
RÒ, & QUO SCUNQUE ALIOS IN ORDINE SACERDOTA-  
LI CONSTITUTOS ÆCUMENICUM CÔCILIJUM IN CI-  
UITATE HAC CELEBRANTES, VT ASSÍHUE DEI LAUDI